

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt tredecimvm**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

re sit longior, Colonieñ tamen non inferior potestate & merito.

## CAP V T DVODECIM V M



Olonia igitur superiorem tenet partem bacu'i quia Colonensis Episcopus non solum Roma norum regem eligere habet, sed electu' pre o'mibus alijs principibus tenetur & debet consecra're. In hoc Romani pontificis præcurrens officium, qui regem electum Canonice in Imperato'rem cōsecreat Romanorū. Manifestum est ergo q̄ non solū humana solertia ex necessarijs & rationabilib⁹ causis fuit institutum, immo diuina præfiguratione præsignatum, sed de hoc non est uobis gloriantur. Sed quantum uos ostenditis reprehensibiles, tanto magis uos ab Imperatoris obsequio facit's alienos Quid Esaiæ dicit'. xxij. audiatis. Hæc dicit dominus exercitū, Va-de, & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpositum templi, & dices ei, Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia ex cidiisti tibi hic sepulchrum. excidisti tibi in excels⁹ memoriale, diligenter in Petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinacus. Heus si amicitia non est inter uos fratres, quomodo erit inter extraneos? Tempus adest, quod heu mala plura inaudita circūquaç euestigio surgere debent.

## CAP V T TREDECIM V M,



Viri prudentissimi sub baculo sancti Petri atten-dite quæso. Reynhardus Lolhardus in quadā ui-sione ita uidens tribulationes clerici in ecclesia sancti Petri, prorupit in hæc uerba. Post hoc certabat duo fratres, habentes unum baculum in ambabus manibus, unus rubeam crucem inferius gestabat, alter nigram crucem superius, & totus clerus tri-stabatur. Accesserunt lupus & ursus rapientes baculum, steterunt fratres contristati, timendum q̄ tempus adsit. Datur intelligi, quo-

F ij

## PROGNOSTICVM IOANNIS

modo ex ducatu Gelriæ exurgent noua mala. lilium intromittetur,  
& ursus crucians ecclesiam Colonieñ. deposit ad Treuiros ascendet  
Lupus aduersarius ecclesiæ, ut rapiat substatiæ eius. Vnde figurat  
Genesix. xli. ubi legitur, Aliæ septem boues egrediebatur de fluvio,  
foedæ confectæq; macie, & pascabantur in ipsa amnis ripa in locis  
uberrimis, deuoraueruntq; eas, quorum mira species & habitudo  
corporum erat. Datur intelligi quomodo septem nequam deprimet  
terram Treuireñ. emergent ut evoluent. Et dicunt foedæ, quia eccl  
esiæ cum clero maculabunt, deformantes conuersationes honestas  
Et sunt confectæ macie, quia exhausti pinguedinem religiosorum  
& prælatorum, pascunturq; in ripa amnis continue fluentis. O Mo  
sella fluens in Rhenū, placa creatorē. Et post tribulationes plu  
rimas fugabis tu o crux rubea ut fidelis Israël illos septe  
nequam, ut figuratur Deutero. viij. cap. dicens.

Israël de terra sancta septem gentes fu

gauerunt. Gergezæos, Morræ

os, Enæos, Ethæos,

Chananæos,

Iebusæos, & Pherezæos.

Deposit manebit in pace locus tuus

o crux sancta baculusq;

Eucharistij.

## EPISCOPI TREVIREN. ET COLONIEN.

habent baculum in manibus, quem rapere ui

dentur Ursus niger, & Lupus

griseus.



**D**atur intelligi. post intestina bella incepta inter dominos reuerendissimos Treuiren. & Colonien. uenient ursi sylvestres. ac lupi interfectoriales. Sæcularitas tribulabit eos sub Maximiliano uel Francigena. & illa tribulatio similabitur tribulationi quæ fuerat tempore Machabæorū. in qua tribulatione summus sacerdotius fuerat occupatum à Pecone. Menelao. Lisiaco. et Archimo. Et ipsi tribulatio nibus finitis. Chrs præcips pacis nascebat in carne. & Octavianus à populo Romano recepit mundi monarchiā. & sicut summus sacerdotius uacabat per mortem olim Machab. sic sub isto Maximiliano uacabit heu sedes Romana. ut credo. per annū cum dimidio. ut habet v. & vi. ca. li. Cyril. In quo tpe tribulatio magna erit. & resurget no-

PROGNOSTICVM IOANNIS  
nus ordo, & noua restauratio in ecclesia, & multi pseudopontifices  
erūt aī reformationē in Italia & Romania. Vñ Sibylla Erithrea cla-  
rissima p̄phetissa sentiēs aduentū pulli post matrē aquile, & pseudo  
pontificū qui erūt eius tpe dicit, Post hæcueniet altera Aquila, quæ  
ignē souebit in gremio sponsæ Ch̄ri, & erunt tres adulteri, unusq̄  
legittimus qui alios uorabit. erunt tria noīa blasphemiae, cantus ab-  
ominatio ascendet in cōspectu altissimi, & finis eius interitus.

Tres Episcopi cōfirmati à Papa, insulati p̄dicantes populis.



Sibylla